

• Francis (reg. 2013-), m.p. *Competentias quasdam decernere* (11 feb 2022), AAS 114 (2022) 290-295. ▪ Latin, Eng. on-line [here](#). Summary. Modification of 11 Western canons and eight Eastern on consecrated life and Mass obligations. Cites. CIC 0237, 0242, 0265, 0604, 0686, 0688, 0699, 0700, 0775, 1308, 1310 / CCEO 0357, 0489, 0496, 0501, 0546, 0552, 1052, 1054.

(rev. 18 dec 2024)

**CIC 0237.**

§ 1. [*Sicut provisus.*]

§ 2. Seminarium interdioecesanum ne erigatur nisi prius *approbatio* Apostolicae Sedis, tum ipsius seminarii erectionis tum eiusdem statutorum, obtenta fuerit, et quidem ab Episcoporum conferentia, si agatur de seminario pro universe eius territorio, secus ab Episcopis quorum interest.

**CIC 0242.** § 1. In singulis nationibus habeatur institutionis sacerdotalis 'Ratio', ab Episcoporum conferentia, attentis quidem normis a suprema Ecclesiae auctoritate latis, statuenda et a Sancta Sede *approbanda*, novis quoque adiunctis, confirmante item Sancta Sede, accommodanda, qua institutionis in seminario tradendae definiantur summa principia atque normae generales necessitatibus pastoralibus uniuscuiusque regionis vel provinciales, aptatae.

§ 2. [*Sicut provisus.*]

**CIC 0265.** Quemlibet clericum oportet esse incardinatum aut alicui Ecclesiae particulari vel praelaturae personali, aut alicui instituto vitae consecratae vel societati hac facultate praeditis,

ita ut clerici acephali seu vagi minime admittantur.

**Competentias 0237.**

§ 1. [*Nulla mutatio.*]

§ 2. Seminarium interdioecesanum ne erigatur nisi prius **confirmatio** Apostolicae Sedis, tum ipsius seminarii erectionis tum eiusdem statutorum, obtenta fuerit, et quidem ab Episcoporum conferentia, si agatur de seminario pro universe eius territorio, secus ab Episcopis quorum interest.

**Competentias 0242.** § 1. In singulis nationibus habeatur institutionis sacerdotalis 'Ratio', ab Episcoporum conferentia, attentis quidem normis a suprema Ecclesiae auctoritate latis, statuenda et a Sancta Sede **confirmanda**, novis quoque adiunctis, confirmante item Sancta Sede, accommodanda, qua institutionis in seminario tradendae definiantur summa principia atque normae generales necessitatibus pastoralibus uniuscuiusque regionis vel provinciales, aptatae.

§ 2. [*Nulla mutatio.*]

**Competentias 0265.** Quemlibet clericum oportet esse incardinatum aut alicui Ecclesiae particulari vel praelaturae personali, aut alicui instituto vitae consecratae vel societati hac facultate praeditis **aut etiam alicui Consociationi publicae clericali quae eandem facultatem ab Apostolica Sede obtinuerit**, ita ut clerici acephali seu vagi minime admittantur.

CIC 0604.

§ 1. [*Sicut provisus.*]

§ 2. [*Sicut provisus.*]

CIC 0686. § 1. Supremus Moderator, de consensu sui consilii, sodali a votis perpetuis professo, gravi de causa concedere potest indultum exlaustrationis, non tamen ultra *triennium*, praevio consensu Ordinarii loci in quo commorari debet, si agitur de clerico. Indultum prorogare vel illud ultra *triennium* concedere Sanctae Sedi vel, si de institutis iuris dioecesanis agitur, Episcopo dioecetano reservatur.

§ 2. [*Sicut provisus.*]

§ 3. [*Sicut provisus.*]

CIC 0688.

§ 1. [*Sicut provisus.*]

§ 2. Qui perdurante professione temporaria, gravi de causa, petit ut institutum derelinquat, indultum discedendi consequi potest *in instituto iuris pontificii* a supremo Moderatore de consensu sui consilii; *in institutis autem iuris dioecesanis et in monasteriis, de quibus* in can. 615, indultum, ut valeat, confirmari debet ab Episcopo domus assignationis.

Competentias 0604.

§ 1. [*Nulla mutatio.*]

§ 2. [*Nulla mutatio.*]

**§ 3. Has consociationes recognoscere atque erigere est, pro consociationibus dioecesanis, Episcopi dioecesanis, intra fines sui territorii, et, pro consociationibus nationalibus, Conferentiae Episcoporum, intra fines sui territorii.**

Competentias 0686. § 1. Supremus Moderator; de consensu sui consilii, sodali a votis perpetuis professo, gravi de causa concedere potest indultum exlaustrationis, non tamen ultra **quinquennium**, praevio consensu Ordinarii loci in quo commorari debet, si agitur de clerico. Indultum prorogare vel illud ultra **quinquennium** concedere solummodo Sanctae Sedi vel, si de institutis iuris dioecesanis agitur, Episcopo dioecetano reservatur.

§ 2. [*Nulla mutatio.*]

§ 3. [*Nulla mutatio.*]

Competentias 0688.

§ 1. [*Nulla mutatio.*]

§ 2. Qui perdurante professione temporaria, gravi de causa, petit ut institutum derelinquat, indultum discedendi consequi potest a supremo Moderatore de consensu eius consilii; **quoad monasterium sui iuris, de quo** in can. 615, indultum, ut valeat, confirmari debet ab Episcopo domus assignationis.

**CIC 0699.**

§ 1. [*Sicut provisus.*]

§ 2. In monasteriis sui iuris, de quibus in can. 615, dimissionem decernere pertinet ad *Episcopum dioecesanum, cui Superior acta a consilio suo recognita submittat.*

**CIC 0700.** Decretum dimissionis *vim non habet, nisi a Sancta Sede confirmatum fuerit, cui decretum et acta omnia transmittenda sunt; si agatur de instituto iuris dioecesani, confirmatio spectat ad Episcopum dioecesis ubi sita est domus, cui religiosus adscriptus est.* Decretum vero, ut valeat, indicare debet ius, quo dimissus gaudet, recurrenti intra decem dies a recepta notificatione ad auctoritatem competentem. Recursus effectum habet suspensivum.

**CIC 0775.**

§ 1. [*Sicut provisus.*]

§ 2. Episcoporum conferentiae est, si utile videatur, curare ut catechismi pro suo territorio, praevia Sedis Apostolicae *approbatione*, edantur.

§ 3. [*Sicut provisus.*]

**CIC 1308.** § 1. Reductio onerum Missarum, ex iusta tantum et necessaria causa facienda, reservatur *Sedi Apostolicae, salvis praescriptis quae sequuntur.*

§ 2. *Sibi in tabulis foundationum id expresse caveatur, Ordinarius ob imminutos redditus onera Missarum reducere valet.*

**Competentias 0699.**

§ 1. [*Nulla mutatio.*]

§ 2. In monasteriis sui iuris, de quibus in can. 615, dimissionem **sodalis professi** decernere pertinet ad **Superiorem Maiorem, de consensu eius Consilii.**

**Competentias 0700.** Decretum dimissionis **in sodalem professum latum vim habet simul ac ei, cuius interest, notificatur.**

Decretum vero, ut valeat, indicare debet ius, quo **religiosus** dimissus gaudet, recurrenti intra decem dies a recepta notificatione ad auctoritatem competentem. Recursus effectum habet suspensivum.

**Competentias 0775.**

§ 1. [*Nulla mutatio.*]

§ 2. Episcoporum conferentiae est, si utile videatur, curare, ut catechismi pro suo territorio, praevia Sedis Apostolicae **confirmatione**, edantur.

§ 3. [*Nulla mutatio.*]

**Competentias 1308.** § 1. Reductio onerum Missarum, ex iusta tantum et necessaria causa facienda, reservatur **Episcopo dioecesano et supremo Moderatori instituti vitae consecratae vel societatis vitae apostolicae clericalium.**

§ 3. Episcopo dioecesano competit *potestas* reducendi ob deminutionem reddituum, quamdiu causa perduret, ad rationem eleemosynae in dioecesi legitime vigentis, Missas legatorum *vel quoquo modo fundatas*, quae sint per se stantia, dummodo nemo sit qui obligatione teneatur et utiliter cogi possit ad eleemosynae augmentum faciendum.

§ 4. Eidem competit potestas reducendi onera seu legata Missarum gravantia institutum ecclesiasticum, si redditus insufficientes evaserint ad finem proprium eiusdem instituti congruenter consequendum.

§ 5. Iisdem potestatibus, de quibus in §§ 3 et 4, gaudet supremus Moderator instituti *religiosi clericalis iuris pontificii*.

**CIC 1310.** § 1. Fidelium voluntatum pro piis causis reductio, moderatio, [et] commutatio, *si fundator potestatem hanc Ordinario expresse concesserit, potest ab eodem fieri ex iusta tantum et necessaria causa.*

§ 2. *Si exsecutio onerum impositorum, ob imminutos redditus aliamve causam, nulla administratorum culpa, impossibilis evaserit, Ordinarius, auditis iis quorum interest et proprio consilio a rebus oeconomicis atque servata, meliore quo fieri potest modo, fundatoris voluntate, poterit eadem onera aequae imminuere, excepta Missarum reductione, quae praescriptis can. 1308 regitur.*

§ 3. In ceteris casibus recurrendum est ad Sedem Apostolicam.

**CCEO 0489.**

§ 1. [*Sicut provisus.*]

§ 2. Episcopo dioecesano competit **facultas** reducendi ob deminutionem reddituum, quamdiu causa perduret ad rationem eleemosynae in dioecesi legitime vigentis, Missas legatorum, quae sint per se stantia, dummodo nemo sit qui obligatione teneatur et utiliter cogi possit ad eleemosynae augmentum faciendum.

§ 3. Eidem competit facultas reducendi onera seu legata Missarum gravantia institutum ecclesiasticum, si redditus insufficientes evaserint ad finem proprium eiusdem instituti congruenter consequendum.

§ 4. Iisdem facultatibus, de quibus in §§ 2 et 3, gaudet supremus Moderator instituti **vitae consecratae vel societatis vitae apostolicae clericalium.**

**Competentias 1310.** § 1. Fidelium voluntatum pro piis causis reductio, moderatio et commutatio **possunt ab Ordinario**

fieri ex iusta tantum et necessaria causa, **auditis iis, quorum interest, et proprio consilio a rebus oeconomicis atque servata, meliore quo fieri potest modo, fundatoris voluntate.**

§ 2. In ceteris casibus recurrendum est ad Sedem Apostolicam.

**Competentias 0489.**

§ 1. [*Nulla mutatio.*]

§ 2. Episcopus eparchialis hoc indultum nonnisi ad *triennium* concedere potest.

**CCEO 0496.** § 1. Qui perdurante professione temporaria, gravi de causa, a monasterio discedere et ad vitam saecularem redire vult, petitionem suam Superiori monasterii sui iuris deferat.

§ 2. *Superior hanc petitionem una cum voto suo suique consilii ad Episcopum eparchialem mittat, cuius est, etsi de monasteriis iuris pontificii agitur, hoc in casu indultum discedendi a monasterio et ad vitam saecularem redeundi concedere, nisi ius particulare id pro monasteriis intra fines territorii Ecclesiae patriarchalis sitis Patriarchae reservat.*

**CCEO 0546.** § 1. Professus a votis temporariis elapso professionis tempore libere potest institutum religiosum derelinquere.

§ 2. Qui perdurantibus votis temporariis, gravi de causa, petit, ut Ordinem vel Congregationem derelinquat, a Superiore Generali, de consensu eius Consilii, consequi potest indultum definitive ab Ordine vel Congregatione discedendi et ad vitam saecularem redeundi cum effectibus, de quibus in can. 493; *in congregationibus iuris eparchialis indultum ut valeat confirmari debet ab Episcopo eparchiali loci, ubi est domus princeps eiusdem congregacionis.*

**CCEO 0499.** Perdurante professione temporaria sodalis dimitti potest a Superiore monasterii sui iuris de consensu eius consilii secundum can. 552 §§ 2 et 3; sed dimissio, ut valeat, confirmari debet *ab Episcopo eparchiali vel, si ius particulare ita fert pro monasteriis intra fines territorii Ecclesiae patriarchalis sitis, a Patriarcha.*

**CCEO 0501.**

§ 1. [*Sicut provisus.*]

§ 2. Episcopus eparchialis hoc indultum nonnisi ad **quinquennium** concedere potest.

**Competentias 0496.** Qui perdurante professione temporaria, gravi de causa, a monasterio discedere et ad vitam saecularem redire vult, petitionem suam Superiori monasterii sui iuris deferat, **cuius est, de consensu eius Consilii, indultum concedere, nisi ius particulare id pro monasteriis intra fines territorii Ecclesiae patriarchalis sitis Patriarchae reservet.**

**Competentias 0546.** § 1. Professus a votis temporariis elapso professionis tempore libere potest institutum religiosum derelinquere.

§ 2. Qui perdurantibus votis temporariis, gravi de causa, petit, ut Ordinem vel Congregationem derelinquat, a Superiore Generali, de consensu eius Consilii, consequi potest indultum definitive ab Ordine vel Congregatione discedendi et ad vitam saecularem redeundi cum effectibus, de quibus in can. 493.

**Competentias 0499.** Perdurante professione temporaria, sodalis dimitti potest a Superiore monasterii sui iuris, de consensu eius Consilii, secundum can. 552 §§ 2 et 3; sed dimissio, ut valeat, confirmari debet **a Patriarcha**, si ius particulare ita fert pro monasteriis intra fines territorii Ecclesiae patriarchalis sitis.

**Competentias 0501.**

§ 1. [*Nulla mutatio.*]

§ 2. Sodalis vero potest adversus decretum dimissionis intra quindecim dies cum effectu suspensivo sive recursum interponere sive, *nisi decretum dimissionis a Sede Apostolica confirmatum est*, postulare, ut causa via iudiciali tractetur.

§ 3. [*Sicut provisus.*]

§ 4. [*Sicut provisus.*]

**CCEO 0552.** § 1. Sodalis a votis temporariis dimitti potest a Superiore Generali, de consensu eius consilii, *nisi in statutis dimissio reservatur Episcopo eparchiali vel alii auctoritati, cui ordo vel congregatio subiectus est.*

§ 2. [*Sicut provisus.*]

§ 3. [*Sicut provisus.*]

**CCEO 1052.** § 1. Reductio onerum Divinam Liturgiam celebrandi reservatur *Sedi Apostolicae.*

§ 2. *Si in documento foundationis de re expresse cavetur, Hierarcha ob imminutos redditus onera Divinam Liturgiam celebrandi reducere potest.*

§ 3. Episcopo eparchiali competit potestas reducendi ob deminutionem reddituum, dum causa perdurat, ad rationem oblationum in eparchia legitime vigentium numerum celebrationum Divinae Liturgiae, dummodo nemo sit, qui obligatione tenetur et utiliter cogi potest ad oblationum augmentum faciendum.

§ 4. Episcopo eparchiali etiam competit potestas reducendi onera Divinam Liturgiam celebrandi, quae instituta ecclesiastica gravant, si redditus ad ea, quae ex eisdem tempore acceptationis onerum obtineri potuerunt, consequenda insufficientes evaserunt.

§ 2. Sodalis vero potest adversus decretum dimissionis intra quindecim dies cum effectu suspensivo sive recursum interponere sive

postulare, ut causa via iudiciali tractetur.

§ 3. [*Nulla mutatio.*]

§ 4. [*Nulla mutatio.*]

**Competentias 0552.** § 1. Sodalis a votis temporariis dimitti potest a Superiore Generali, de consensu eius consilii.

§ 2. [*Nulla mutatio.*]

§ 3. [*Nulla mutatio.*]

**Competentias 1052.** § 1. Reductio onerum Divinam Liturgiam celebrandi reservatur **Episcopo eparchiali et Superiori Maiori institutorum religiosorum vel societatum vitae communis ad instar religiosorum clericalium.**

§ 2. Episcopo eparchiali competit potestas reducendi ob deminutionem reddituum, dum causa perdurat, ad rationem oblationum in eparchia legitime vigentium numerum celebrationum Divinae Liturgiae, dummodo nemo sit, qui obligatione tenetur et utiliter cogi potest ad oblationum augmentum faciendum.

§ 3. Episcopo eparchiali etiam competit potestas reducendi onera Divinam Liturgiam celebrandi, quae Instituta ecclesiastica gravant, si redditus ad ea, quae ex iisdem tempore acceptationis onerum obtineri potuerunt, consequenda insufficientes evaserunt.

§ 5. Potestates, de quibus in §§ 3 et 4, habent etiam Superiores generales institutorum religiosorum vel societatum vitae communis ad instar religiosorum clericalium *iuris pontificii vel patriarchalis*.

§ 6. Potestates, de quibus in §§ 3 et 4, Episcopus eparchialis delegare potest tantummodo Episcopo coadiutori, Episcopo auxiliari, Protosyncello vel Syncellis omni subdelegatione exclusa.

CCEO 1054. § 1. Voluntatum christifidelium bona sua in pias causas donantium vel relinquentium reductio, moderatio, commutatio, *si fundator potestatem hanc Hierarchae expresse concessit, ab eodem Hierarcha insta tantum et necessaria de causa fieri potest.*

§ 2. [*Sicut provisus.*]

§ 3. In ceteris casibus de re adiri debet Sedes Apostolica vel Patriarcha, qui de consensu Synodi permanentis agat.

§ 4. Potestates, de quibus in §§ 2 et 3, habent etiam Superiores Generales institutorum religiosorum vel societatum vitae communis ad instar religiosorum clericalium.

§ 5. Potestates, de quibus in §§ 2 et 3, Episcopus eparchialis delegare potest tantummodo Episcopo Coadiutori, Episcopo Auxiliari, Protosyncello vel Syncellis, omni subdelegatione exclusa.

Competentias 1054. § 1. Voluntatum christifidelium bona sua in pias causas donantium vel relinquentium, reductio, moderatio **et commutatio a Hierarcha iusta tantum et necessaria de causa fieri possunt, consultis eis, quorum interest, et consilio competenti atque servata quam optime fundatoris voluntate.**

§ 2. [*Nulla mutatio.*]

§ 3. In **omnibus** ceteris casibus de **hac** re adiri debet Sedes Apostolica vel Patriarcha, qui de consensu Synodi permanentis agat.